

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Misericordia i  
cum fontibus proximo et primis

*Manipulus florum*, Misericordia i:

Omnis summa discipline Christiane in misericordia  
et pietate est.  
Quam aliquis sequens,  
si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit.

Ambrosius super illud ad Thimotheum IIII.: Pietas ad  
omnia utilis est.

Fons proximus:

Hoc autem non facit fornicatio simplex,  
quia super illud I *ad Tim.* 4, *Pietas ad omnia utilis est*,  
dicit Glossa Ambrosii:

*Omnis summa disciplinae Christianae in misericordia  
et pietate est.*  
*Quam aliquis sequens,*  
*si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit,*  
*sed non peribit.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda  
secundae*, 154.2.5 (P. Caramello ed., p.665).

Fontes primi:

→ si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum  
tamen carnis patiatur huiusmodi, quid fiet? sine dubio  
vapulabit,  
quia illud oportuit fieri et hoc minime praetermitti. si  
autem solum corporis habuerit (habuit) exercitium,  
perennis ignis poenas patietur, sicut in evangelio  
dominus repromisit;  
omnis enim summa disciplinae nostrae in misericordia  
et pietate est.

← Ambrosiaster, *Commentarius in epistula ad Thimotheum  
prima*, 4.8.3 (CSEL 81.3, H.I. Volgels ed., p.275, ll.1-7).

Hoc autem non facit fornicatio simplex,  
quia super illud I *ad Tim.* 4, *Pietas ad omnia utilis est*,  
dicit Glossa Ambrosii:  
*Omnis summa disciplinae Christianae in misericordia  
et pietate est.*  
→ *Quam aliquis sequens,*  
*si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit,*  
*sed non peribit.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda  
secundae*, 154.2.5 (P. Caramello ed., p.665).